Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



tus

355

custodiens nos bn agentes valete i pace. Illi igit dimissi descenderunt
antiochiam et congregata multitudine tradiderunt epistolam. Quam cum le
gissent gaudio sunt super consolatione. Iudas autem et Silas et ipsi cum es
sent prophete verbo plurimo consolati sunt fratres et confirmaverunt eos. Facto
autem ibi tempore aliquanto dimissi sunt cum pace a fratribus ad eos qui miserunt il
los visum est autem Silae ibi remanere. Visum autem est Iudae abire. Paulus
autem et Barnabas demorabant antiochie docentes et evangelizantes
cum alius plurimis verbum dei. Post aliquot autem dies dixit ad Barna
bam Paulus. Revertentes visitemus fratres per universas civitates in quibus
predicavimus verbum dei quomodo se habeant. Barnabas autem voluit secum
assumere et Iohannem qui cognominatus est Marcus. Paulus autem rogabat eum
dicens. Vt qui discessit ab eis de Pamphilia et non ivit cum eis in
opus ministerii non debet recipi eum. Facta est autem dissensio ita ut dis
cederent ab invicem. Et Barnabas quidem assumpto Marco navigavit et
Cyprum. Paulus vero elegit Silam profectus a fratribus tradito gratie dei a fratri
bus ambulabat autem Syriam et Cilicias confirmans ecclesias et precipiens cus
todire precepta apostolorum et seniorum. Sancti spiritus.

XVI

Devenit autem in Derben et Lystram. Et ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus. filius mulieris vidue fi
delis patre gentilis. Hunc testimonium bonum reddebant qui in Lis
tris erant et Yconio fratres. Hunc voluit Paulus secum proficisci et as
sumens circumcidit eum propter iudeos qui erant in illis locis. Sciebant enim quia
pater eius gentilis esset. Cum autem pertransirent civitates tradebant eis cus
todire decreta quia erant decreta ab apostolis et senioribus qui erant Ie
rosolimis. Et ecclesie quidem confirmabantur fide et habundabant numero
cotidie. Transeuntes autem Frygiam et Galaciam regionem. vetati sunt a
spiritu sancto loqui verbum in Asia. Cum venissent autem in Mysiam tempta
verunt ire Bithyniam et permisit eos spiritus iesu. Et cum pertransissent
Mysiam descenderunt Troadem. et visio per noctem Paulo ostensa est
vir macedo quidam erat stans et deprecans eum dicens. Transeans in Ma
cedoniam adiuva nos. Vt visum autem vidit statim quesivimus proficisci in
Macedoniam certi facti quoniam vocasset nos deus evangelizare eis. Nave
gantes autem a Troade rectum cursum venimus Samothraciam et sequenti die
Neapolim et inde Philippis quem est prima pars Macedonie civitas. Co
lonia. Erantque in hac urbe diebus aliquibus consistentes. Die autem sabbatorum